



## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 3. An præter lumen gloriædari possit species impressa, quæ  
concurrat ad Dei visionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Deum videre. Quia ut supra diximus, Concilium loquitur de potentia ordinaria, & secundum præsens Dei decretum non aliter animam Beatorum iuuandi & eleuandi. Simili modo quo Trident. sess. 6. cap. 4. definir iustificationem à peccato originali, post Euangeli promulgationem, non posse haberi sine baptismō, aut eius voto. Quamvis de potentia absoluta quæ posset Deus insufficare sine baptismo; ac potest dare sui visionem beatificam sine lumine creato.

Huic muneri luminis gloriae aliqui addunt alterum, disponendi intellectum ad hoc ut essentia diuina illi vniatur per modum obiecti determinantis: quia hæc determinatio, & quæ ac species impressa, si daretur, præquirit potentiam habere virtutem perfectam & sufficientem, in genere causa efficientis, ad videndum. Verum hoc munus non est diuersum in re à priori: sed est idem, diuersis terminis, & per diuersa connotata, explicatum. Addunt alij lumen gloriae esse dispositionem ad visionem. Sed falluntur, si propriæ loquuntur de dispositione, aliudque intelligent quamvis quod modò diximus. Nam habitus supernaturales non sunt dispositiones ad actus, sed sunt eorum propria in genere causa efficientis, concurrendo cum potentia quam elevant.

### SECTIO III.

*An preser lumen gloriae dari possit species impressa, qua concurrat ad Dei visionem?*

20

D. Thom.  
Arribal.

Negant S. Thom. quæst. 12. artic. 2. Cap. preol. Caiet. Ferrat. Bass. Dominic. Sotus, & alij Thomistæ communiter, quos sequitur Arribal disputat. 16. cap. 4. & 5. & quidam alij recentiores, quorum argumenta paulò post referemus.

Sed melius affirmant Scotorus, S. Bonaventura, Aureolus, Henricus, Argentina, Richardus & alij quos citari, & sequuntur Fazolus qu. 12. artic. 2. dul. 1. Molina ad art. D. Thomas titutum: Valenti, quæst. 12. puncto 2. Suarez lib. 2. de atributis cap. 13. num. 1. Lecan cap. 9. q. 2. Herice disput. 40. cap. 87 & alij plerique. Respo principiis est, quia nihil debet negari omnipotentiæ diuinae quod non implicer contradictionem. Sed non implicat contradictionem dari talem speciem. Si enim implicaret; vel id fieri quia repugnat Dei similitudo creata: vel secundò, quia redundare ut illa similitudo concurrat effectu, aut determinatiue, ad visionem obiecti, quod est munus speciei impressæ: vel ex alio capite verisimiliter assignabili. Non primum: quia visio ipsa est quædam viva Dei expressio & similitudo. Quare non repugnat dari creatam Dei similitudinem. Non etiam secundum: quia si lumen gloriae concurrit ef-

fectiuè; quidni species supernaturalis posset etiæ concurrere vel effectuè, si natura speciei hoc exigat; vel determinatiue, id est, determinando intellectum, de se indifferenter ad omnia intelligibilia, ad cognitionem & visionem huius obiecti in particulari? Ac diuinus intellectus, & voluntas, & essentia dicuntur immediate communicari per lumen gloriae, & per charitatem, prout Deus est intelligens & amans: cur per speciem impressam non poterit communicari ut intelligibilis; cum in rebus creatis non difficultius sed facilius fiat communicatio rerum ut cognoscibilium, quam ut actuarum: & multæ res, ut colores v. g. communicent se per species, quæ aliter non agnoscuntur? Ex nullo vero alio capite sumi potest verosimiliter ratio impli- cantiæ, ut patebit ex solutione contradictionum; quare non est afferendum talem speciem im- plicare contradictionem.

Obiicitur primò, si possit dari species im- pressa diuina essentia, esset infinita & com- prehensiva: quia exiret ab obiecto operante Speci- Dei impressa non tota com- tota vi per modum naturæ: vnde repræsentaret obiectum ad qualiter quantum est intelligibile: igitur infinita & comprehensiva. Respondeo primò, negando sequelam. Nam si- cut species expressa in Deo est finita repræ- sentatio essentia diuina, & non totalis neque comprehensiva: sic non repugnat dari spe- ciem impressam finitam, Deum finitè repræ- sentante, & non comprehendente. Secundò, ad confirmationem Respondeo species il- lam non manaturam ab obiecto nisi per re- lunratem, sicut applicato. Deus enim libere facit quicquid extra se facit. Posset autem voluntas Dei libera magis aut minus appli- care: vnde species perfectior vel imperfor- atior ab obiecto manare possit, cum maiore aut minore vi repræsentativa. Sed quamvis obiectum non per voluntatem libere appli- caretur: non ideo efficeret speciem comprehensivam, si aliunde illa impossibilis est, qua de re sect. sequenti.

Secundò obiiciunt Thomistæ, repugnare similitudinem creatam Dei, quia Deo enti à se, & sibi puro, & infinito simpliciter, nihil Dei simi- creatum potest esse simile. Respondeo pri- tudo-inten- mò, argumentum quæ pugnare contra spe- ciem expressam, eoque magis quod species Dei similitudo repugnat. expressa est similitudo viuidior obiecti. Se- condò dico repugnare assimilationem cum Deo in effendo in specie atoma, secundum substantiam, non autem intentio valem & in repræsentando. Ad repræsentandum enim intentioniter aliquid quod sit suum esse, non oportet ut quod repræsentat illud, sit pariter sicut esse. Quemadmodum non est per- fecte ut quod repræsentat substantiam, sit substantia; quod quantitatem, quaptitas, &c. Notiones enim nostra verè repræ- sentant id cuius sunt notiones, licet non sint sicutdem naturæ.

Tertiò obiiciunt, speciem impressam de- bere esse immaterialiorem & electiorem obiecto, sicut est in speciebus intentio-

Species  
impressa  
non est  
semper im-  
materialis  
objec-  
to.

nalibus rerum materialium : sed nihil crea-  
tum ita se habet ad Deum : ergo, &c. Res-  
pondendo ne ganda maiorem. Nam alioqui cur  
non etiam species expressa deberet esse im-  
materialior? Species impressa supremi An-  
geli, insimo connaturalis, secundum Thomi-  
stas, non est elevatior obiecto. Quare, vel ip-  
sis assentientibus generaliter falsum est quod  
assumunt. <sup>37</sup> Omni quidem specie intelligi-  
bili materiali, species est immaterialior ob-  
iecto, quia est spiritualis: at non ita res ha-  
bet in ceteris, vt in illa specie Angeli. Certe  
cum species impressa sit tota propter expres-  
sam, nec magis quam illa representet, gratia  
requiritur, vt sit immaterialior impressa,  
quam expressa.

Obiiciunt quartò, sequetur fore causam  
creata beatificatiuam hominis, quod est  
absurdum. Item posset Angelus per solas na-  
turae tres illam speciem cognoscere: &  
conoscendo illam, simul etiam videret essen-  
tiā diuinam, quā per illam speciem clare  
representaretur: atque ita naturaliter foret  
beatus, quod etiam est absurdum. Respondeo  
primam argumenti partem q̄quā pugnare  
contra intellectū ipsum, & contra lumen  
gloriae. Repugnat quidem esse causam crea-  
tam beatificatiuam hominis simpliciter, ob-  
iectio: at non formaliter, vt facit species  
expresa, seu via beatifica; neque etiam ef-  
fectivè, vt facit intellectus concurrente lu-  
mine gloriae: multoq̄ minus determina-  
tiū, vel per modum conditionis, vt faceret  
species impressa, iuxta eorum opinionem,

Cause  
creatae ob-  
curunt ad  
hominem  
beatifican-  
dum.

qui vlt̄a obiecti presentiam, requiriunt spe-  
ciei determinationem ad videndum. Altera  
argumenti pars q̄quā pugnat contra speciem  
expressam: cui respondeo. Item est, illam spe-  
ciem sive supernaturalem, sive visionem &  
lumen gloriae: ac p̄oinde non posse cognosci  
naturaliter ab Angelo: sed Angelum, qui  
non haberet vim completam ex parte poten-  
tia ad Deum videndum, non habitur etiam  
ad videndum hanc speciem aut impressam  
at: expressam, prout representatiuam  
Dei secundum rationem germanam ipsius,  
vel ad cognoscendum ea mediante, & in ea  
præcognita, rationem germanam Dei: sed  
quamvis illam inuertetur: non propterea vi-  
deret ipsam essentiam diuinam. Nam illa spe-  
cies non est essentia diuina, sed est aliqua eius  
representatio imperfecta.

Respondebunt Thomistæ, non dari spe-  
ciei expressam, nec verbum mentale v. vi-  
sione beatifica. Sed hoc responsio est mani-  
festè. <sup>48</sup> Entra D. Thom. quæst. 27 art. 1. & lib.  
3. contra gentes cap. 49. & quæst. 9. de po-  
tentia articul. & alibi passim, ubi docet ver-  
bum sive natus ab omni intellectu creato, eo  
speciem ipso quod intelligens est. Et quæst. 4. de veri-  
tate art. 2. idem expressè docet de visione  
D. Thom. & August. per essentiam. Est etiam contra August. lib.  
9. de Trinit. cap. 7. 10. & 11. & lib. 15. cap.  
20. Est item contra veram & communem  
Philosophiam, docentem intellectum crea-  
tum, generatum, intelligendo, formare vi-

uam & vitalem expressionem & similitudi-  
nem intentionalem obiecti, qua vitalis ex-  
pression & similitudo verbum mentis appella-  
tur. Cuius productionis comparatione so-  
lent Theologi & Sancti Patres explicare  
productionem Verbi diuini à Patre per viam  
intellectus: quæ productio sine dubio realis  
est, tenditque ad terminum realiter distin-  
ctum à suo principio. Quare intellectus no-  
ster non intelligit per solam quandam sim-  
plicem & indistinctam modificationem, vt  
Moderni aliqui sentiunt, quos alibi fusiūs <sup>nfrā disp.</sup>  
impugnabimus: sed dum intelligit, producit  
actum realiter à se distinctum, qui verbum  
mentis appellatur. Alioquin enim non esset  
bona comparatio apud dicta, productionis  
Verbi diuini realiter distincti à Patre, cum  
productione verbi nostri mentalis. Ille vero  
actus non est species quæ intellectus impref-  
fa sit, quasi intellectio non sit nisi specie re-  
ceptio. Etenim actus vitalis debet exire ab  
ipso principio vitali: & actio sentiendi non  
est receptio sola, sed est viua perceptio obiec-  
ti, & expressio vitalis, natura posterior quam  
receptio petici. Alioquin quodlibet medium  
recipiens speciem, sentiret, quod est falsum.  
Nec etiam est p̄ se tantum intellectus vt con-  
iunctus intelligibili, per se, aut per speciem:  
quasi intellectus cognoscat per se solum, facta  
illa coniunctione. Hencim s' statio, v.g. visio,  
non est huiusmodi coniunctionio. Qui enim  
dormit apertis oculis, recipit speciem obiec-  
ti, nec tamen vident. Item aut dicendum  
esset nullas remanere species in intellectu,  
& in sensu nostro: aut eos semper percipere  
& intelligere obiecta: quia quando maneat  
species, sunt coniunctæ cum potentia. Ade  
quod intellectus in seipso percipit nouum  
actum & conatum suum: & intendendo diu-  
nius ac vehementius in idem obiectum, me-  
lius percipit, & plures detegit rationes. Ha-  
bitet etiam contrarios actus affirmandi & ne-  
gandi, assentiendi & dissentiendo, cijca vnum  
& idem, vt patet experientia. Item in mensis  
est potestate, vt se admoueat ab intelligendu-  
m, vel amoueat ab intelligendo; ac mens  
seipsum agit & veluti mouet scienter & libe-  
re. Denique intellectus, quæcūq; celeuat ad  
Dei visionem, & ad alios actus supernatura-  
les per habitus in fusos, & leuat ad agendum  
aliquo, & ad vitaliter se exercendum, & erum-  
pendum in actu vitalem. Quod Nolentini  
Herice disp. 27. num. 5. & disput. 45. num.  
49 & alij quidam eruditæ Recentiores effi-  
caciens probant ex can. 4. less. 6. Trident.  
vbi definit liberum hominis arbitrium coo-  
perari, assentiendi & Deo excitanti atque vo-  
canti: neque, velut inanime quoddam, nihil  
omnino agere, mercede passiuē se habere. His  
enim verbis Trident. clare significat, liberum  
arbitrium se habitum velut inanime quod-  
dam, si non ageret, sed tantum passiuē se ha-  
beret. At intellectus videns Deum non se ha-  
bet vt inanime quoddam, sed vt viuens: quia  
videre Deum est vivere, & beatissimo est vita  
in actu secundo: ergo intellectus, cū viuet,  
debet

Intellectus  
& voluntas  
eleuantur  
ad agendum.

Herice.

debet agere & non passiuè tantum se habere, recipiendo aliquid sibi impressum. Ille vero actus vitalis intellectus non minus est vitalis expressio, & verbum mentis respectu sui obiecti, scilicet Dei, quam ceteræ cognitiones intellectuales sint verba mentis, & expressiones vitales suorum obiectorum.

<sup>26</sup> Notandum tamen visionem, & generalius Vizio Dei, & intellectu quoque non est sola qualitas producens.

Iloquentio, intellectuē, non esse solam illam qualitatem productam, realiterque distinctam à substantia intelligenti, quæ formaliter & adæquatè constitutuē intellectum, hoc ipso quod informat & inhæret subiecto. Nam si ita esset, Angelus & anima beata intelligeret aut videret Deum tantum adiectuē, ex eo quod hæret formam accidentalem sibi adiunctam, quæ est intellectus aut vizio Dei: simili modo quo paries est albus, aut manus est calida, per formam albedinis aut caloris. Ex quo sequeretur quod mens & quæ intelligeret, aut videret Deum, quamvis illam qualitatem non produceret, sed tantum recipere, & subiectaret: Imo quod res inanima, pūa lapis, & quæ videret Deum, si qualitatem illam recipere: quod dunque eadem qualitas separata ab omni subiecto, esset Dei vizio, & vitalis eius perceptio. Nam accidentia abstracta à subiecto, vel in quocumque subiecto posita, habent eandem naturam, eademque officia seu munia naturalia. Vt calor, sive abstractus à subiecto, vt in Eucharistia, sive coniunctus aqua, ferro, aut cuius alteri subiecto, semper calor est, & calefaciendi vim habet, sicutque formaliter calidum illud omne quod informat. At est falsum & incredibile, accidentis aliquod separatum esse vitalem Dei perceptionem. Beatusque non aliter videre Deum, quam videret lapis, aut res inanima, merè passiuè se habens, & tantum subiectans illam qualitatem. Potius ergo dicendum est visionem Dei adæquatè sumptam, & generaliter quæcunque intellectuē, includere vitra qualitatē productam, ipsum principium substantiale, vt per se producens vitu & vitali modo, id est, cum attentione experimentali sua productionis, & obiecti, cuius expressionem elicere ita ut producendo simul attendat, & attendendo producat: sicut impossibile separari attentionem à productione, res & talis principij viuentis & vitaliter tendentis in obiectum.

#### SECTIO IV.

Refutantur alia Recentiorum obiectiones contra speciem impressam Dei.

<sup>27</sup> Arribal. **O**bicit quintus Arrabal disp. 16. cap. 5. Similitudo impressa esse non potest nisi obiecti, quod per suam infinitatem, & simplicitatem, est perfectiori modo incommunabile, atque vnitum potentiam, ut multo melius illam moueat: quia m̄ est per similitudinem creare. Sed Deus est tale obiectum: ergo &c. Maiorem probat, quia nulla res esse

Tonus I.

poteſt, quæ essentia liter ordinetur ad datum alicui rei certum quendam effectum, quem illa per suam essentiam habeat: puta non possente esse accidentia ordinata ad reddendam substantiam potentem ad operandum, si substantia ipsa esset per se potens integrè ad operandum, multò melius quam esse possit per accidentia. Neque dari possent habitus naturales ad facilitandam potētiā, si potentia per se solam hæret summam in operando facilitatem. Nota autem dupliciter obiectum dici posse intelligibile. Primo, terminatiuē: quatenus scilicet potest cognosci, & terminare sui cognitionem: & hoc modo, inquit, quodlibet ens est per se ipsum intelligibile terminatiuē, hoc est, idoneū ad terminādam sui cognitionem. Secundo, motiuē, quatenus intellectuē potētiā mouere potest ad sui intellectuē: & hoc modo, inquit, multa sunt obiecta, quæ in aliis mouendi potentiam, non sunt per se proximè intelligibilia, neque viae potentia ut illas mouantur: quorum imperfectio suppletur per similitudinem impressam in potentia inhærentem. Quædam etiam licet sint per se proximè intelligibilia motiuē, & respectu unius potētiā: non sunt tamen respectu aliarum. Vt substantia unius Angeli est ipsi quidem intelligibilis per se, ac proinde sine similitudine impressa: aliis autem Angelis non est proximè intelligibilis per se, sed per similitudinem. Næc ille.

Cui respondeo negando maiorem primi argumenti. Ad cuius probationem dico tales sp̄ciam non daturam Deo ut moueat se proximè, sed moturam per se proxime loco ipsius Dei, licet minus perfectè, ac Deus ipse per se proximè moueret. Quamuis autem Deus sit per se proximè potens mouere perfectissime: quia tamē libere moueret, potest non mouere per se, & speciem sibi substituere. Quemadmodum licet substantia essent per se potentes integrè ad operandum, vt esse ad multis operationes non dubito: posset tamen Deus cum illis non concurrens & accidentia substituere ad calefaciendum, illuminandum, & ad alios effectus, qui per sola accidentia, cum Dei concursu generali fieri possunt. Potest etiam absolute illi effectus oriiri à substantia simul, & ab accidente, sive ut causis partialibus, sive etiam ut totalibus. Quia Deus potest ita concursum suum contempnare, ut plures causæ, de se sufficientes ad producendum effectum, remissius ramen & partialiter agant; neque unius praesentia & actio impedit ne altera coagat. Sicut narrat, licet fit quando plures equi trahunt currum, ad quem trahendum duo sufficiunt: aut cum decem trabe sustinendum rectum, ad quod sustinendum sufficerent quinque. Tuncque ut aquæque causarum illarum minus conatur & laborat: vt nos experimur, adiuti ab alio inferendo aliquo pondere, quod soli terre possumus. Item (quicquid aliqui dicant) non implicat dari plures causas totales eiuldem ei. Etus in eo

28

Deus potest facere per aliud, quod potest facere perfectius per se solum.

M